

latro, onis. *subs. m.* ETYM incerta, cum λάτρον 'merces siue manupretium', λατρεύς 'miles qui mercedes pro pugnano accipit' seu λατρεύειν coniungenda; nisi ad latus siue latere attineat VARRO Ling 7.52., PAUL FEST p.105., ISID Orig 10.159., SERV Aen 12.7., GLOSS 5.621.9. DLAT latrunculus > latruncularius, latrunculator, latrunclare, latrun-carius; latrocinium > latrocinari, latrocinalis, latrocinatio; Latro > Latronianus. DROM cast. ladrón, cat. laron, fr. larron, larronceau; it. ladro, ladroncello; port. la-drão. [FREQ media 1273 ^{indicia} 77 /d.c.m. 239-169 ENN] uocabulum scriptis litterariis omne genus aptum, omnibus usibus, multo saepius prosa quam uersu; et technicis inuenitur, nullo sensu adiuncto; inde ab initiis apparet magis ec. usitatum.

VARIATIO		indicia	p ^{d.c.m. subc.}
OPERUM	argumentalis	637	88
	dramatica	8	18
	lyrica	7	24
	narratiua	373	69
	satirica	20	104
	exponens	44	15
DIACHRONICA	III-II aec.	9	22
	I aec.	135	48
	I-II ec.	373	97
	III-V ec.	572	61
DIAPHASICA	docta	251	121
	media	795	57
	quotidiana	43	75
DIASTRATICA	litteraria	1038	76
	technica	51	18
MODUS	prosa	1010	69
	uersu	79	41

¶ **a1** homo armatus quicumque sine patria, legibus uel exercitu conductus agens • toda persona de armas que no actuaba según el llamado de la patria o la leva regular del ejército, soldado a sueldo o mercenario [HYPER miles SIM baro^b, latrunculus^a] 239-169 ENN Ann 1.57. latrones dicta facessunt. 205 PLAUT Mil 73. uidetur tempus esse, ut eamus ad forum, ut in tabellis quos consignauī hic heri latrones, ibus denumerem stipendium. 📖 VARRO Ling 7.52. Latrones dicti ab latere, qui circum latera erant regi atque ad latera habebant ferrum, quos postea a stipatione stipatores appellarunt, et qui conducebantur: ea enim merces Graece dicitur latron. Ab eo ueteres poetae nonnunquam milites appellant latrones. At nunc uiarum obsessores dicuntur latrones, quod item ut milites sunt cum ferro, aut quod latent ad insidias faciendas. PAUL FEST p.105. latrones antiqui eos dicebant, qui conducti militabant, apo tes latreias, at nunc uiarum obsessores dicuntur, quod a latere adoriuntur, uel quod latenter insidiantur. SERV Aen 12.7. idem Plautus in Bacchidibus exsecutus est, «militem latronem» dicens, «suam qui auro uitam uenditat» ... ut latrones dicti sint quasi laterones, quod circa latera regum sunt. 5.30.7. latrones satelles, dictus a lateris custodia. ISID Orig 10.159. Latro, insessor uiarum, a latendo dictus: Aelius autem «latro est,» inquit, «latero ob latere, insidiator uiae». GLOSS 5.621.9. hinc miles obsequens dicebatur qui stabat secus principem et ad omne discrimen mittebatur uel etiam quasi laterones quod iuxta regum latera starent.

a2 fur qui agris et siluis uiatores spoliāt • salteador, bandido o ladrón [HYPER fur HYP NOMEN Barabbas^a SIM direptor, grassator, hodoedocos, insessor, insidiator DOM insidiae, piratae, hostis; conuicium est; exemplar rhetoricis controuersiis aptum; hostis qui quasi insessores tractabantur bellum; latro iuxta Christum pendens crux] 200 PLAUT Stich 135. uosne latrones et mendicos homines magni penditis? 46 CIC Brut 19.1. Dolabella milites atque equites habente quoduis adire periculum ex insidiis paratissimi ad omnia latronis maluerit. 29-9 LIV 3.58.3. uirum honoratissimae imaginis futurum ad posteros, legum latorem conditoremque Romani iuris, iacere uinctum inter fures nocturnos ac latrones. 39-40 SALL Hist 2.79. multique commeatus interiorerant insidiis latronum. 30 CELS 1.pr.43. Interdum enim gladiatorem in harena uel militem in acie uel uiatorem a latronibus exceptum sic uulnerari, ut eius interior aliqua pars aperiatur, et in alio alia. 170 APUL Met 6.26. Habes summam opportunitatem fugae, dum latrones absunt. 412-427 AUG Ciu 20.30. Quod tunc uix unus latro sperauit in cruce, nunc sperant gentes longe lateque diffusae.

a3 cur homo armatus in furem transeat ab eo cognosces, quod miles, seu conductus seu per capitulum agens, officium suum in bello implet; at, bellis cessantibus, et ipse nunc desertor, fur et insessor in pace fit • el paso de una a otra consideración se explica porque el mercenario o soldado en tiempos de guerra se convierte, desertor, en salteador o bandido en tiempos de paz 📖 COD Theod 7.18.7.pr. quisquis in fundo suo desertores uel latrones habere se meminerit. 7.18.14pr. aduersus latrones publicos desertoresque militiae. DIG 49.16.5.8. qui transfugit et postea multos latrones adprehendit et transfugas demonstrauit, posse ei parci diuus Hadrianus rescripsit. GLOSS 2.121.47. ληστής. 4.359.45. praedator, grassator. 4.105.43. latrones uenatores.

ipsi in societates saepe glomerabantur, quibus fugitiui, legem siue dominos timentes, coniungebantur; quod in fine Antiquitatis saepissime accidebatur • iban frecuentemente agrupados en bandas, a los que se unían los huidos de la justicia y de la esclavitud, lo cual ocurrió frecuentemente al final de la Antigüedad 📖 COD Theod 9.31.1. nemo curialium plebeiorum possessorumue filios suos nutriendos pastoribus tradat. aliis uero rusticanis, ut fieri solet, nutriendos dari non uetamus. si uero post istius legis publicationem quisquam nutriendos pastoribus dederit, societatem latronum uidebitur confiteri. 9.35.7. Isaurorum latronum. SCHOL Lucan B 70. collectaque ... multitudine seruorum et latronum. COD Iust 3.12.8. in quaestionibus latronum et maxime Isauriorum.

ita ut quasi hostes agerent • hasta el punto de que eran indistinguibles de auténticos enemigos 📖 DIG 50.16.118. hostes hi sunt, qui nobis aut quibus nos publice bellum decreuimus: ceteri latrones aut praedones sunt.

nam eorum irruptiones impetus illorum admonebant • pues los efectos de sus ataques producían resultados similares 📖 INST Iust 3.14. si quolibet fortuito casu quod accepit amiserit, ueluti incendio, ruina, naufragio aut latronum hostiumue incursu.

tempus fuit post Plautum quo difficile scias uter designetur • en la época posterior a Plauto, hay un periodo de tiempo en que es difícil distinguir a cuál de estos dos aspectos se hace referencia 62-43 CIC Fam 15.17.2. P. Sullam patrem mortuum habebamus: alii a latronibus, alii cruditate dicebant.

a4 repulsio et contemptus erga latronem, gladiatori persimilem, uocabulum hoc in peius traxit, immo quasi conuicium eo usum est • la repulsa y el desprecio por el soldado mercenario, que lo hacía cercano al gladiador, tiznó esta palabra de componentes peyorativos, y se utilizó mucho como insulto 30-50 PHAEDR 1.1.4. Ad riuum eundem lupus et agnus uenerant siti compulsi; superior stabat lupus longeque inferior agnus. Tunc fauce improba latro incitatus iurgii causam intulit. 68-44 CIC Att 7.18.2. O perditum latronem! 📖 SACERD. latro et gladiator pares sunt detractatione. IUL SEV. affectus hactenus crescunt, ut ... qui sit improbus, latronem nominemus. DIG 28.2.3. Et si pepercerit filium dicere ... recte exheredat: et si cum conuicio dixerit «non nominandus» uel «non filius meus», «latro», «gladiator», magis est, ut recte exheredatus sit, et si ex adultero natum dixerit.

et rerum scriptores hostes per cateruas agentes saepe sic appellabant, ut spernerentur et Romanorum impetus contra liberas gentes defenderentur • además, los historiadores romanos denominaban así a muchos de sus enemigos organizados en bandas, con la evidente intención de menospreciarlos y justificar ciertas acciones militares contra pueblos libres 30 VELL 2.1.3. Triste deinde et contumeliosum bellum in Hispania duce latronum Viriatho secutum est.

cum grassator, hodoedocus et insessor coniunctum est • compartió campo con grassator, hodoedocus o insessor 📖 PAUL FEST p.86. grassari autem dicuntur latrones uias obidentes. DIG 48.19.28.10. grassatores ... proximi latronibus habentur. 48.19.28.15. famosos latrones in his locis, ubi grassati sunt, furca figendos compluribus placuit.

b latrunculum designauit quasi peditem in tabula latruncularia • el cambio al uso como 'peón en un juego de mesa' resultó de una metáfora bien conocida por los castellanohablantes, pues peón proviene de peditem, es decir, remite al soldado de a pie, es decir, la pieza que menos vale [SIM ↗latrunculus] 1 Ov Ars 3.358. latronum proelia ludat.

Latro. cognomen • cognomen Ladrón [HYPER NOMEN cognomen] INSCR 1-100 Hd 7689 Sagunti in Hisp. Cit. Marcus Aemilius Marci filius Latro. 128 Hd 16506 Igilgili in Numidia. ex auctoritate Marci Uetti Latronis procuratoris.

M. Porcius Latro. rhetor Latinus • el retor M. Porcio Ladrón [HYPER NOMEN rhetor^b DOM controuersia, dicere, quaestio] 35-38 SEN Contr . Latronem meum declamasse memini admodum iuuenem in Marulli schola. 79 PLIN Nat . Porci Latronis, clari inter magistros dicendi, adsectatores. 121 SUET Rhet . M. Porcius Latro, Latinus declamator.